338 . . . . .[1] δι' ὅ, | φιλόθεε καὶ φιλάνθρωπε Καῖσαρ, κελε˜σαι δοθῆναί μοι τὰ ἀντίγραφα τῶν ὑπομνημάτων, ὡς καὶ ὁ θεὸς πατὴρ | συνεχώρησεν. |

Imp. Caes. T. Aelius Hadrianus Antoninus Augustus Pius Sextilio Acutiano. Sententiam divi patris mei, | si quid pro sententia dixit, describere tibi permitto. — Rescripsi. — Recog(novit) undevicensimus.[2] Ac(tum) VI idus April., Romae, Caes(are) | Antonino II et Praesente II cos.[3] |

Ἐσφραγίσθη ἐν Ῥώμῃ, πρὸ τριῶν νωνῶν Μαΐων αὐτοκράτορι Καίσαρι Τ. Αἰλίῳ Ἀδριανῷ Ἀντωνείνῳ τὸ β' Γαίῳ Βρουττίῳ | Πραίσεντι τὸ β' ὑπάτοις.[4] Παρῆσαν Τ. Φλ. Μακρεῖνος Σιμωνᾶς, Λ. Ἀτάνιος Φλαούιος Δημοσθενιανός, Λ. Αἴ[λ]ιος Ἑρμογένης Αἰλια[νός], | Μ. Ἀντώνιος Κρίσπος, Λ. Λικίννιος Ἀλβεινιανός, Μ. Κοσκώνιος Καρικός, Τι. Κλαύδιος Ἄκτιος. |

Stasime, Dapeni, edite ex forma sententiam vel constitutionem.[5]

Smyrnae, saepius descripta saec. XVII, post periit (III 411). — Hadrianus, sub finem vitae puto, nescio quid Smyrnaeis permiserat (fortasse ut ludos instituerunt, quod coniecit Boeckh); constitutionis ad hanc rem pertinentis exemplum ex commentariis principum, mandatu Smyrnaeorum, ab Antonino Pio postulat Sextilius Acutianus. Annuit Pius. — 1) *Ex precatione Sextilii Acutiani quae praecedunt verba lacunis interrupta, omisi.* — 2) *In ipso rescripto reliqua scripta erant a scriba,* rescripsi *vocabulum manu imperatoris. Quae sequuntur pertinent ad recognitionem manus imperatoriae. Undevicensimi vocabulum obscurum est. Cf. Mommsen Berichte der sächs. Gesellsch. 1851 p. 374.* — 3) *8 Apr.,* 4) *5 Mai. 139.* — 5) *Stasimus et Daphnus officiales a commentariis imperatoriis fuisse putandi sunt.*

---

339 imp. Caesari | divi Hadriani fil. | divi Traiani Parthic. nepoti | divi Nervae pronep. | T. Aelio Hadriano | Antonino Aug. Pio | pont. max., trib. pot. IIII[1], | cos. III, p. p., | domini navium Carthagi|nensium ex Africa.

Romae, lapis allatus ex Portu ad ostia Tiberis (XIV 99, semel descripta saec. XV). — 1) *Dec. 140/1.*

---

340 imp. Caesari | divi Hadriani fil. | divi Traiani | Parthici nepoti | divi Nervae pronep. | T. Aelio Hadriano | Antonino Aug. Pio | pontif. max., trib. pot. V[1], | imp. II, cos. III, p. p., | constitutori sacri | certaminis [*i*]selastici[2], | socii lictores populares | denuntiatores Puteolani.[3]

Amalfiae, origine sine dubio Puteolana (X 515, semel descripta saec. XVI sed accurate). — 1) *Dec. 141/2.* — 2) selastici *traditur. Ἀγὼν εἰσελαστικὸς quinquennalis ab Antonino Pio constitutus in honorem Hadriani defuncti prope Puteolos saepius memoratur in titulis et a scriptoribus (vit. Hadr. 27, 3; cf. Mommsen C. X p. 183).* — 3) *Cf. Mommsen Staatsrecht I³ p. 356 et 392 n. 4.*

---

341 s. p. q. R. | imp. Caesari T. Aelio Hadriano | Antonino Aug. Pio p. p., | pontif. max., trib. pot. VI[1], cos. III, optimo | maximoq. principi et cum summa | benignitate iustissimo, ob insignem erga | caerimonias publicas curam ac religionem.

Romae (VI 1001). — 1) *Dec. 142/3.*